



Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

Förner, Friedrich

Ingolstadii, 1603

Cap. XIII. Plurimos Temulentia dignitatis gradu deiectos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45433

CAPVT XIII.

Plurimos Temulentia dignitatis gradu deiegos.

Quantum noceat Ebrietas bono publico sat dictum. nunc quām infesta sit cuiusq; hominis fortunæ bonis, declarandum. Honor & existimatio primum tenent locum; Res familiaris sequitur. de illis primum, & hoc loco.

Valde turpe est, inquit Augustinus, ut quem non Epist. 140. vincit homo, vincat libido; & obruatur vino, qui non vincitur ferro. Et alibi: Per temulentiam plurimi pluri- Idē ad sa-
meque, à pio sanctoquie proposito excidere, & sui ob-
cras virg.
liti, amissis honoribus, ignobiles remanerunt, & sedibus paternis profugi, vitam ut sumperunt, finierunt. Liquet id primum exemplo à Daniele Propheta posterita- Daniel. 5.
transmissio. Balthasar Rex amplum optimatibus Regni sui conuiuum apparauerat, in quo unusquisque secundum suam etatem bibebat, hoc est, egregie potitabat. Præcepit ergo iam temulentus, ut afferren-
tur vasa aurea, & argentea, quæ absportauerat Nabu-
chodonosor pater eius de Templo, quod fuit in Hierusa-
lem, ut biberent in eis Rex & Optimates eius, Vxoresque eius & Concubinæ illius. Bibebant ergo vinum, & lau-
dabant Deos suos aureos atque argenteos, æreos, ferre-
os, ligneosque & lapideos. In eadem hora apparuerunt
digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum, in superficie parietis aulae Regiae. Et Rex aspicebat articulos manus scribentis, tunc facies Regis commutata est, & cogitationes eius cōturbabant eum, & cōpages re-
num eius soluebātur, & genua eius ad seiuicē collidebā-
tur. Introducuntur itaq; Magi, Chaldaei, & Aruspices
& sapientes Babylonis, sed eorum nemo, aut scripturā legere,

Iegere, aut interpretationem eius indicare Regi poterat. Daniel demum proponitur, vt pote qui patri eius olim, in huiusmodi arcanis euoluendis, operam eximiè suam probauerat. Is adductus, inter alia sic Regem est allocutus. *Tu quoque (O Rex) non humiliasti cor tuum, sed aduersus Dominatorem cœli eleuatus es, & vasa domus eius allata sunt coram te; & tu & optimates tui, & uxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum bibistis in eis; Deos quoque argenteos & aureos, & æternos, ferreos, ligneosque & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt, laudasti: porro Deum, qui habet flatum tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti: idcirco ab eo missus est articulus manus, qui scripsit hoc quod exaratum est. Hæc est autem scriptura quæ digesta est. MANE THECEL PHARES.* Et hæc est interpretatio sermonis, *MANE. numeravit Deus Regnum tuum, & compleuit illud. THECEL. appensus es in statuaria, & inuentus es minus habens. PHARES. Diuisum est Regnum tuum, & datum est Medis & Persis.* Eadem nomine imperfectus est Baltasar Rex Chaldaeus. Et Darius Medus successit in Regno annos natus sexaginta duos. Ita Temulentia Chaldaeorum Regem & Regno exiit, & vita spoliauit. In hunc Prophetæ locum, celebrarimus ille, & fœcundissimus pariter, ac facundissimus, diuinorum literarum interpres, & commentator Benedictus Pererius (quo, difficiliora quædam mentar, in scripturæ loca interpretante, me Romæ olim Prae-Danielem, ceptore vsum, haud immerito, dum viuam, gloria super ca. 5. boz, tanto licet Magistro, eheu quam indignus discipulus) huiusmodi declaratione vtitur. Circa illa verba præcepit Rex temulentus, vel vt est græcè, in gustu vieni, vt afferrantur vasa Templi Dei; sic scribit Theodore-

L. 5. Com. super ca. 5. boz, tanto licet Magistro, eheu quam indignus discipulus) huiusmodi declaratione vtitur. Circa illa verba præcepit Rex temulentus, vel vt est græcè, in gustu vieni, vt afferrantur vasa Templi Dei; sic scribit Theodore-

exh-

Baltasar
Rex Te-
mulentus
& Vita &
Regno
exiit.

exuperantiam, sed etiam damnum ab intemperantia vi-
ni profectum. Bibens enim Rex dixit in gustu vini. Ob-
ruit namque rationem Ebrietas, & incontinentia peperit
insaniam, & dicata Deo vase, quæ Nabuchodonosor in
honore habuerat, & ab humanis usibus separauerat, ea
Baltasar ut communia & prophana, impure tractare
ausus est. Exinde discitur, Ebrietate non raro vitam cum
dignitate amitti.

Et alia huius rei, non pauca, nobis ex historiis **Cuspinia**.
Exempla luppetunt. Cum Ludeuicus Pius Regna ^{in histor.}
inter filios diuideret, Aquitaniam Pipino Nepoti
suo, ex Pipino fratre, Provinciam dedit; sed Ebrieta-
tiatque cōmessationibus ille, interdiu noctuq; sine
interruptione vacans, cum provincia vndique cæ-
dibus, & rapinis, infesta esset, malignis quibusq; im-
punè grassantibus, ab indigenis capitur Pipinus, ut **Pipinus ob**
Regno inutilis, & Carolo Caluo traditur, qui eum ^{remulētā}
confilio Episcoporum Monasterio ad vitæ dies in-^{principatiū}
clusit. Quid huic Pipino lucri attulit Ebrietas? & Re-^{deieitus.}
gia dignitate, & honore eum priuauit. ergone im-
merito quis tunc ad eum, illud Ciceronis: Διονύσιος
καὶ οὐέτε περιπασσεῖ; hæc namq; Ebrietati est inge-
nita virtus, ut ea multi, quod vulgo tritum, ab equo
ad asinum defluxerint.

Idem sanè quibusdam Regis Antigoni Ducibus, **Plutar.** A-
utore Plutarcho contigit. Rex enim milites quoſ- ^{popl. & ex}
dam gregarios cernens, armatos galea, ferreis tho- ^{eo Conrad.}
racibus ac loricis induitos, artificiosa lacertorum vi, ^{Lycosth. in}
hastas & magni ponderis globos contorquere; hoc ^{Theatro}
admodum delectatus spectaculo, Duces copiarum ^{vite hum.}
accersi iubet, ut strenuos illos, ac laboriosos athle- ^{par. 2. li. 13.}
tas, pleno corā ipsis ore laudaret. Nunciatur Antigo-
no Duces portationibus operā nauare; que res ita bi-
lē timouit, ut illos præfecturis exutos, in priuatorū

D for-

*Ad Atti-
cum.*

sortem redigeret, & egregios illos milites, eorum
vice, honoribus illis præsiceret.

*Fulgos. l. 2.
cap. 1.* Et Romanis quoq; eum in modum perosa erat
Ebrietas, vt equestris ordinis ventricosos milites, q;
obesi vastiq; corporis erant, equis priuarent, quasi

*Ventripo-
tentium
ignominia
apud Ro-
manos.* ventris prægrādis indicio, vino & crapulæ addictos,
genioque deuotos, atq; ob eam cauſſam, pro patria
fortiter gerendis rebus, parū idoneos. ex quā re
bantur, eos, qui nimia cibi potusq; ingurgitatione se
patriæ inutiles effecſſent, publico etiam patriæ ho-
nore, soli virtuti debito, carere.

Et plura si collibitum foret, in hanc ſententiam el-
ſent in promptu, ni prolixitatis nota nobis extimeſ-
cenda, obſifteret. hæc verò ſufficient modò, dum ad
alia vocamur.

CAPVT XIV.

*Variæ ex temulentia ineptiæ quas pleriq; Temu-
lenti edunt.*

*Hifſor.
Deor. gen.
zil. Synrag-
maie 8.
Bacchi no-
men unde
deduſſū?
Bacchus in
ſidens cur-
ruicur à
Pantherū;
trabatur?
Ad Meſſa-
lam.
Lib 5. Ge-
nealogia-
rum.* **B**acchus, authore Lilio Gregorio Gyraldo, di-
ctus est: ἦν τὸ βαχέεν, hoc est ab incomposito
vociferando. vel secundū Eustathium ὅν τὸ
βαχέην, quod est v lulare aut inconditè clamare. Phi-
lostratus apud eundem docet, Bacchi currum, in
quo pingitur, idē iunctum esse Pantheris, à quibus
trahatur, eō, quod sicut animal illud cum calidissi-
mum sit, leuissimèq; instar Simiē saltaret, ac nugetur;
sic quoq; Temulenti, atq; vt Tibullus,
Viela Maronox fædari tempora Baccho.

Bocatius verò, Bacchum idē à veteribus, inſi-
dentem currui, depictum vult, vt ostendatur, ita ho-
minis cerebrum interdum mero plus nimio in or-
bem agi, quemadmodum currus rotas, celeri cursu,
in gyru torqueri cernimus. Huius generis perijcum-
da est